

enim efficacior est sanguis Christi, quam Adami peccatum: ergo si per peccatum Protoparentis mors est illata in mundum, per sanguinem Christi ablegari debuit, atque excludi. Quomodo ergo adhuc mors ipsa perseverat? Respondet S. Pater: Christus venit in mundum, ut hominibus salutem donaret, eisque remedia prae- pararet ad vitam: non fuit ergo conveniens, ut a mortis sententia genus liberaretur humanum, est enim ejus memoria, ac representatio mul- tum per omnem modum ad vitam utilis, atque salutem. Et ita eleganter concludit Augustinus, Tantam Deus prestavit gratiam, ut mors, quam vi- ta constat esse contrariam, instrumentum fieret, per quod transiret in vitam, Dei virtute factum, ut mors, quae erat poena peccati, ad vitam conse- quendam fieret medium.

Mors reme- dium ad vitam.

August.

23.

1. Reg. 26.

Repraesenta- tio mortis saecularia contemnere facit. Chrylost.

24.

1. Reg. 24.

Memoria mortis fir- tissima ad tentationes.

Isidorus.

25.

Genes. 25.

dexteræ, id est, fortis, & felix, ut explicant He- lyran. Abulens. Olcaster. Cornelius à Lapide. Sed cur iste nuncupatur fi- lius fortis, & felix? Cur hoc nomen non in- signitur Tribus Juda, ex quo orti sunt Reges, & præstantissimi duces? Cur tribui Levi, sacer- dotali dignitate insignitur, hoc nomen non ascribitur? Vel Tribus Dan, ex qua ortus est Sanson? Sed Benjamin tali nomenclatura no- bilitatur? Benjamin inter omnes natos hoc ha- buit peculiare, quod Rachelis mortem occa- sionaverit, ac secum attulerit; & natus, mortis ingerens representationem, ac inducens, for- tis, & felix optime dicitur; fortis plusquam omnes alij duces, & Reges, ad animi insultus, atque appetitus superandos; felix super omnes ad multa bona obtinenda, quæ frequenter ex memoria mortis resultant. Lycopomus, Pater, ait, constantiam, & fortitudinem considerans, qua omnia ferre patienter didicerat, filium dextera maluit appellare, contristatus ex morte charissi- me conjugis. Ex morte matris, illius forti- tudinem considerans, filium dexteræ appel- lavit.

Lyran. Abulens. Olcaster. Cornelius.

Memoria mortis fortis ad superan- da, obtinen- daque mul- ta.

Lycopom.

QUESTIO VI.

Quare Christus Dominus non loquatur abso- lute de jejuniis hypocritarum, sed ait: Ut appareant jejunantes?

DE jejuniis hypocritarum est hic sermo, de eis tamen Dominus non absolute, ait, quod jejunant, sed quod apparent jejunantes. Nonne multi hypocritæ in rigido jejuniis, in tenuissimo pane, & aqua macerantur? Cur ergo eorum abstinentia, non simpliciter jejuniis nuncupatur; sed tantum de eis dicitur, quod ap- parent jejunantes? Nam ipsi, ut ait S. Maximus, datus in expositione, non jejunant Deo, sed ho- minibus, non ut Deo placeant & serviant, sed ut apud homines vanam gloriam capiant: & ideo cum intentioni, ac oneri jejuniij minime satisfaciant, eorum jejuniis totam suam nobilitatem, ac esse deperdit, & solum quendam impostam apparentiam habet. Qui enim ab injuncto mu- nere deficit, totum suum esse amittit.

26.

Qui suo mu- neri non sa- tisfacit, to- tum suum esse deperdit.

Primo homini ob suum peccatum dicitur Pulvis es, & in pulverem reverteris, Genes. 3. num. 19. Seu, ut legit Cajetanus, Pulvis es tu, & Cajetan. ad pulverem reverteris. Gravis tamen exinde ori- tur difficultas in vera Philosophia: Quomodo dicatur, quod homo convertatur in terram: nam ad conversionem requiruntur duæ substantiæ distinctæ; & ideo Theologi cum D. Thoma do- cent, quod in Sacramento Altaris datur vera conversio; nam ibi substantia panis convertitur in corpus Christi; & etiam in nuptiis Cana vera extitit conversio: nam ibi aqua in substantiam vini mutata est. Ergo, si homo est pulvis, quo- modo convertitur in pulverem? Ad questionem respondet Cajetanus ad citatum locum Genes, Pulvis tu, non sub forma pulveris, sed sub forma corporis. Ac si dicat: modò homo vivens est pul- vis sub forma rationali, per mortem verò abibit in pulverem sub propria ipsius forme forma. Sed adhuc insitat dubium: Quare eodem modo nunc homo

27.

Genes. 3. num. 19.

Idem.

homo præstantissima spiritali, intellectualique anima informatus, dicitur pulvis, sicut quando erit sub illa vili, ac abjectissima propria terra? Quare non diverso modo appellatur nunc pul- villi Merito tanquam quia habere nobilissimam ani- mam spirituales; ac intellectualis, & si non propositionari, nec secundum istius dictamen agere, idem valet, ac illa carere, & humili ter- naque incorporari. D. Gregor. 12. moral. 5. Quid autem pulveris nomine, nisi peccator accipitur, cui vix conditoris dicitur: Pulvis es, & in pulverem reverteris. Nota illud, nisi peccator accipitur.

Gregor.

28.

Chrylost. Hieron. Eucher. August. Prosper. Gregor.

Confirmatur præfens annotatio. Quia homini in penam peccati dictum est: Pulvis es, & in pulverem reverteris; ut est communis sententia omnium Patrum Chrylostomi, Hieronymi, Eucherij, D. Augusti, lib. 2. de Civitate Dei, cap. 15. D. Prosperi de prædicationibus. Et ita ait, D. Grego- rius lib. 19. moral. cap. 5. Homini peccati dictum est: Terra es, & in terram ibis. Et aperte patet ex textu. Primam partem hujus sententiæ ex- pendo. Homo ideo de præfenti terra dicitur, Pulvis es, quia ex illa est formatus; sed etiam in statu Innocentiæ ex illa consistebat compositus; quomodo ergo in penam peccati ei dicitur: Terra es, nam eodem modo videretur, quod de præfenti sit terra, ac erat in illo felicissimo sta- tu? Merito tamen supplicio multatus ob pec- catum terra nunc dicitur; nam in Innocentiæ statu ita totus pulcher, ac justitiæ donis conde- coratus, gratiæ habitibus insignitus, & à terrenis affectionibus expeditus, ut non terra, sed quid su- perexcellens super terrenam miseriam consistere- ret. At ubi in peccatum est prolapsus, ita illius labe foedatus, ac coquinatus, tot, tantisque ma- lis est additus, ut nihil aliud appareat, nisi abje- ctus, infimusque pulvis. Et ita nota Moyses Barcepha 1. p. de Paradiso. Sicut conditionem Adami misere exulcrat Deus, dum ipsum crea- ret, ut eum ad suam imaginem, similitudinemque fingere diceret; ita, ut affectu divinitatem, illam eandem ad terram usque deprimere, demonstrans, ex pulvere constare. Homo ante peccatum adeo erat pulcher, atque elegans, ut diceretur ad im- aginem, ac similitudinem Dei factus; atque post- quam peccavit, totam suam nobilitatem ira dis- perdidit, ab illaque est evacuatus, ut dicitur pul- vis, & terra publicetur.

Barcepha.

29.

Genes. 27.

Cant. 3.

Cassiod. Orgellii, Aponius, Beda, Anselm.

Gilebert.

Benedicens Isaac filium suum ait: Ecce odor filij mei, quasi odor agri pleni, Genes. 27. num. 17. De sponsa tamen confligente ex hoc sæculo di- citur: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum. Cant. 1. num. 6. Jacob dicitur ager plenus, & ta- men totus mundus desertum nuncupabatur? Jac- cob totus virtutibus insignitus, ita ut Christum Dominum adumbraret: in mundo autem vaga- bantur Gentium errores, abominationes, ac ido- latria, ut citato loco bene advertunt Cassio- dorus, Philo, Carpath, Justus Orgelitanus, Apo- nius, Beda, Anselmus. Ubi ergo justitia, ac mo- rum rectitudo, atque optima compositio res- plendeat, ibi totus plenus fecundissimus ager; at ubi vitium dominabatur, & peccatum regna- bat in mundo, ibi desertum, & totum est eva- cuatum, Gilebertus serm. 15. in Cantic. Quomodo ait, ubi mortis vides imaginem, odorem vitæ sen- tire te reputans? Odorem vitæ Christi spirat uber- tas. Ipse enim est ager verè plenus, ager fertilis, ager cui benedixit Deus Pater. Alium præter istum

ager sponsa nescit, sed desertum reputat, & ter- ram falsuginis.

Ait Christus Dominus: Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum, Joan. 12. n. 32. Sed quomodo Dominus in Cruce dicit à se omnia esse trahenda, siquidem ad se non traxit peccatores deperditos, ac perfidos Judæos, ut ibi rectè ponderant Chrylostomus, August. R. et Chrystost. tamen dicitur, à Christo in Cruce omnia ad se esse tracta; nam ibi sibi acquisivit Sanctos, ac electos, in quibus omnia reperiuntur, ac conti- nentur. Qui autem ob suam malitiam repulsi re- manserunt, peccatores sunt, atque iniqui, in qui- bus totum vacuum, & nihil invenitur. Nolter D. Cyrillus Alexandr. lib. 8. in Joan. cap. 17. Ve- rum, ait, cum non omnium sit fides, quomodo omnia se trahunt esse dicit ad se ipsum? Atqui non hoc ad universam hominum reulsi, sed ad ipsius ho- minis integritatem.

30.

Chrystost.

August.

Cyrl. Alex.

QUESTIO VI.

Quare hic omnis spes præmij hypocrisis intercludatur?

VEHEMENTI assertione Dominus ab hypo- critis omnem spem obtinendi præmij re- pellit. Ait enim: Receperunt mercedem suam. Ut ita ipsi animadvertentes, se incassum laborare, facile se convertant ad suam malitiam, ad simu- lationem deponendam. Nil enim magis nos im- pellit, ab aliquo opere, ac labore desiderare, quam si semel in animum induxerimus, quod vana est spes, & irritus omnis labor. Nam sicut certa spes audaciam præbet, viresque ministrat; sic & illius aperta repulsa, manifestèque interclusio animum debilitat, roburque frangit.

31.

Repulsa præ- mij animam debilitat.

Perpende principem Jonatham, quam dispari modo se præbuit duobus in eventibus. Castra- verabatur exercitus Philistinorum in Galgala contra Israël; & tam copiosa erat militum mul- tudo, ut dicat Scriptura: Philistinum congregati sunt ad præliandum contra Israël, triginta millia currum, & sex millia equorum, & reliquum vul- gus, sicut arena, quæ est in litore maris plurima, 1. Regum 13. num. 5. Et consistebant Incircosini in loco eminenti, ac penè inaccessiblei. Tamen Jo- nathas cum armigero suo audenter ad eos per- tranavit, multos interfecit, & facta est in eis cer- des magna, 1. Reg. 14. postea verò, in montibus Gelboe Saul, & Jonathas congregarunt univer- sum Israël, ut norat Abulensis, ad præliandum Abulens. Et tamen Jonathas secum ha- bens totum Israël consternatur, ut ponderant D. Augustinus, Angelomus, Lyranus, & alij, ac ran- dem victus cadit, & moritur, 1. Reg. 31. num. 6. Dic mihi: Quid difficilior, quàm quod unus ho- mo magnum exercitum invadat? Quid verò faci- lius, quàm quod petillimus dux cum pluri- mis copiis hostem prosternat, & superet? Et tamen Jonathas una cum suo armigero inimi- corum phalanges solus petit, atque adortur, multoque gloriose necat; & tamen ipse cum toto Israël vincitur, ac interficitur. Unde ergo est exorta diversitas tanta?

32.

1. Reg. 13.

Angelom.

33.

In primo eventu pro comperto habebat Jona- thas, quod ipse tanquam princeps, ac primoge- nitus

nitus Regis filius, regnum in hereditatem esset accepturus; & tunc animosè, quamdiu regnum quod affectabat, turbatur. At in montibus Gelboë certissimè agnoscebat, sceptrum, ac coronam Israël, non ad se, sed ad alium esse deventura, tunc totum animi robur ab eo pertransiit: spes enim, & vires magno federe sociantur; nam quamdiu illa viget, hæc etiam magno vigore florent; at si illa marcescit, hæc quoque statim contabescunt. Divus Cyrillus Hierosolymitanus Catechesei 18. *Expectatio retributionis, ait, incitat mentem in beneficentiam, promptior sit omnis operarius ad perferendos labores: si præmium laborum præviderit. Qui verò sine præmio laborant, & anima, & corpus illis concidit. Miles expectans præmia, alacris est in bello. Nemo verò tam indiscretus regi militaverit, qui non soleat bravia laborum exhibere, ut frustra sit paratus mori, scilicet miles. Vide supra c. 11. n. 17. 18. & 19. & n. 106. 107. & c. 7. n. 8; & c. 10. num. 67.*

QUESTIO VII.

*Ex dictis incidens dubium circa illa verba, Memento homo, explicatur.*

34. **S**I vera, ac certa dissuasio omnis emolumentum, ut vulgò dicitur, *desengano del melioramento*; facit vires, ac animum elanguescere, quid fieri potest, ut Ecclesia volens calcaria addere, nos in nostris cognitionem retorquet, nobilique ante oculos objiciat, quid sumus, & ad quid regrediamur: *Pulvis es, & in pulverem revertentur*. Si Ecclesia mentem excitat ad percipiendum materiam, in quam posthac homo abibit, cur ad pulveris considerationem nos movet: nam sub illa pulveris forma erit homo per certum, ac limitatum tempus, nempe usque ad diem iudicii: Cur ergo Ecclesia mentem nostram non erigit ad eum statum, quem habituri sumus per omnem æternitatem, utpote immortales, ac incorrupti; tales enim omnes in die iudicii resurgemus. Cur ergo nos non provocat ad hujus status animadversionem; Sed ad pulveris considerationem nos respicere curat? Merito sanè, ex triplici fundamento. Primò, ut suorum malorum causam consideret homo. Secundò, ut in appetianda ignobilitate, ac exiguitate sua non erret. Tertio, ut pulveris consideratione ad magna intellectum acuat.

Triplex ratio.

35. Homo à via sibi nota fugiat.

Joan. 21.

Primò dicitur: *Memento homo, quia pulvis es.* Expende illud, quia hoc est, quare, ob quam rationem. Ut ita homo reducat in memoriam peccatum, ob quod modo in hanc miseriam devenit, ut dicatur, pulvis es, & in pulverem revertentis. Nam in statu Innocentiæ homo consistebat liber à legibus mortis, & corruptionis; at per peccatum in has pœnas incidit. Hoc vult Ecclesia, ut homo consideret, ut à via perditionis, ex qua tot mala contraxit, fugiat, atque declinet. Post Resurrectionem interrogat Petrus de Joannis sine: *Domine, hic autem quid?* Cui Christus rigide respondit: *Quid ad te, tu me sequere.* Joan. 21. num. 22. His auditis tacet Petrus. Sed cur ipse non responderet, ac instat, quod sua interest per omnem modum de Joanne scire, tum

ob exitiam ejus amicitiam, tum quia senior erat, ait princeps, & caput Apostolorum. Agnoverat Petrus, quod infortunatè sibi contigit, dum in cœnaculo dictis Christi circa negationem suam replicat, ac repugnat *Matth. 16. n. 32. Marc. 14. n. 31.* ideoque tanquam prudens, ab hujusmodi instantis, ac objectionibus in posterum caver. Unde pulchrè D. Ambrosius lib. 1. de Abrahamo c. 6. ait, quod à viro sapienti unum peccatum magisterium cautionis est.

Ambrosi.

Secundò. Dicuntur hæc verba, *Memento homo*, &c. ne homo in sui appetitione erret. Dicitur ei, quod sit pulvis, & in pulverem revertatur: quod vendicabit homo usque ad diem iudicii. Et tamen ei non exprimitur, quod erit immortalis, cum hoc per totam æternitatem post carnem resurrectionem obtinebit. Et meiò sanè. Nam in pulverem converti, homo ex sua importat natura, quia corruptibilis est; esse verò immortalis post resurrectionem, ex Dei liberalitate, ac potentia assequetur. Et quia homo facilè in sui consideratione decipitur, ante oculos hic tantum ei objicitur, quod ex sua habet natura, ut postea factus proventus, majora ex Dei dono percipiat atque intelligat. Nam si totum simul ei diceretur, quod est ex Dei dono, & ex sua natura; pulvis, & immortalis, cum in sui æstimatione supra se homo sapere, ac intelligere velit, poterat sibi persuadere, esse immortalem ex natura. Ne ergo turpiter in hujusmodi errore incidere, se ipsum supra se appetiando, hic ei tantum declaratur, quod sua ei natura concedit, ut sit pulvis, & in pulverem revertatur.

36.

Homo in sui appetitione decipitur.

Superbescens Angelus dixit: *In calum conscendam, supra astra Dei exaltabo solium meum, sedebō in monte testamenti, similis ero Altissimo, Mai. 14. num. 1.* Angelus divinum hæc appetivit honorem; & tamen ipse semper est naturaliter in actuali sui, & Dei cognitione, ut docent Cajetanus, Ferrar. cum Divo Thoma 1. part. quest. 58. Ferrar. art. 3. Suarius etiam tom. de Angel. lib. 2. cap. 36. D. Thom. num. 3. Si ergo Angelus semper est in sui cognitione, & Dei, semper se ipsum intelligit, ut creaturam, & Deum, ut creatorem. Quomodo ergo fieri potuit, ut sibi divinum atripere honorem Angelus cogitaret? Et ita ait D. Anselmus lib. de casu Diaboli, cap. 4. alibi alia intentione datus, si Deus cogitari non potest, nisi ita solus, ut nihil illi simile cogitari possit, quomodo potuit Diabolus velle, quod non potuit judicare? Hujusmodi consideratio ad propriam Angeli appetitionem, ac æstimationem spectabat, & ideo in ea turpissimè præcipitur, ac labitur. Mens creata in hujusmodi negotio facilè decipitur.

37.

Cajetan. Ferrar. D. Thom. Suarius.

In se appetiando de creatura ad impossibilia feratur.

38. Consideratio mortis ad magna intellegendum dicitur.

Tertio. Ut homines pulveris consideratione intellectam ad magna mysteria erigant: mortis enim representatio, mentis nostræ actem maxime acuit; nam dum homo se intimè penetrat, atque cognoscit, ad multa percipienda, & ad magna consequenda optime aptatur. Ideo hanc omnibus Ecclesia mortis recordationem proponit in exordio Quadragesimæ, per quam filios suos ad celebrandam Christi passionem disponit, ut pulveris agitatione compuncti, ad veneranda, indagandaque Christi mysteria, efficaciter moveantur. Vidit Nabuchodonosor celebrem illam ingentem statuam ex quatuor metallis conflatam; & postea quod abscessus est lapis de monte sine manibus, & factus est mons magnus. Cum autem nullus

Daniel. 2.

nullus esset sapiens de Babylonia, qui hoc somnium posset enarrare, ac explicare Regi, *Egressa sententia sapientes interficiebantur*, Daniel. 2. num. 13. Daniel verò Dei spiritu confortatus totum somnium Regi aperit, ac explanat. Sed quare in hoc eventu, quando instabat mortis sententia, Propheta totam feriem rei enucleat? In illo lapide sine manibus annuntiabantur Christi mysteria; & in illo monte magno regnum ejus gloriosum: & optime hæc promulgantur, dum ante oculos mors objicitur, ut illius consideratione, atque memoria animi aperiantur ad percipienda Christi mysteria, ejusque amplissimum regnum obtinendum. Rupertus lib. 6. de victoria Verbi, cap. 13. postquam prænotavit, quod in illa visione Salvatoris arcana exponebantur, sic ait: *Egressa sententia sapientes interficiebantur, dum interim quaeritur Daniel, & socii ejus ut pereant, cumque sapientes sub gladio pendem morituri, nisi saltem ille referendo somnium communi periculo ferat præsidium. Per hoc currit à majore usque ad minimum, cum Rege ipso attoniti sunt ad audiendum, parati ad suscipiendum, & valde dociles ad intelligendum.*

Rupert.

*Matth. 6. n. 17.* Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.

*Ibid. numer. 18.* Ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo, qui est in abscondito. Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

VERSIONES.

*D. Aug. lib. 2. de serm. Dom. cap. 12.* Vos autem jejunantes ungit capita vestra, & facies vestras lavate. *Syriacus.* Tu verò, cum jejunas, ablue vultum tuum, & unge caput tuum. *Arabicus n. 18.* Ne appareant hominibus jejunia tua. *Vatablas.* Et Pater tuus, qui videt in occulto, respondebit tibi in propatulo.

EXPOSITIO.

39.

Albert. Mag.

August. Chrysof.

Paschas.

Hugo.

**S**UPERIORI versu docuit Dominus, à quo fugiendum erat; modò ut advertit Albertus Magnus, explanat, quid amplectendum Et quamquam D. August. & Chrysof. homil. 10. ex variis in *Matth.* in plurali legant; tamen nostra Vulgata in singulari habet: *Tu cum jejunas*, mutato numero ab antecedenti versu. Et hoc est valde frequens apud Hebræos; sicut infra num. 20. & 21. Nam, ut ait D. Paschasius lib. 4. in *Matth.* Consuetudo est Scripturarum, ut sic omnibus, quasi uni; & sic uni, quasi omnibus loquantur. Deinde ait Cardinalis Hugo. Hic dicit Dominus; quid faciendum; & inquit: Tu cum

jejunas: *Iste enim dignus est demonstratione, alius non, propter hoc dictum est in plurali supra: Dum jejunatis; mali enim sunt, in pluralitate. De justis variis, storum jejunio in singulari; de hypocritarum peccatores verò in plurali, justus rarus, iniqui multi: Tu multi, autem cum jejunas.* In præsentibus notantur, ut ait Albertus Magnus, primum quod pertinet ad absconsionem coram hominibus; secundum, quod facit placere Patri; tertium de remuneratione mercedis.

Primò circa absconsionem, *Tu cum jejunas*, supponit nostrum jejunium voluntarium. *Unge caput tuum.* Mos erat apud omnes Palestinos, ut in lætitia, ac rebus prosperis ungerentur unctioibus odoriferis. Christus hic non præcipit ut tali modo caput ungamus; sed ut tristitiam declinantes, lætitiâ referentes, jejunij ostentationem fugiamus; ut clarius explicabo quæst. sequenti. *Non videaris hominibus;* non prohibet, ait D. Thomas, videri, sed velle videri. Secundò, D. Thom. quod placeat Patri; *sed Patri tuo, qui est in abscondito.* Patrem dicit, ut blandum ejus declararet affectum. *In abscondito*, id est, ut explicat D. Anselmus, quia si ipse in sua sanctitate, gloria, ac majestate est in abscondito, tu cœlestem parentem etiam imitare, ut tuo jejunio, & abstinencia sis in abscondito. Alter D. Remigius explicat. Qui videt in abscondito, id est, qui videt tuam conscientiam absconditam. Tertio. De remuneratione: *Reddet tibi, jejunij mercedem.* Et hoc in propatulo, seu manifesto, ut explicavi superiori capite num. 19.

Justus variis, peccatores

Jejunium oculis ostendendum.

Anselm.

Remig.

QUESTIO VII.

*Quare significet ad litteram, Ungere caput, & lavare faciem.*

**U**NGERE facit apud Orientales, ac Palestinos consuetudo, in diebus festis, ac convivialibus lavare faciem, caputque oleo ungeri, ut ita gratiosiores, nitidioresque prodirent. Illa enim regio valde calida ac aestivata, ac proinde incolæ nimium sudant; qui sapor faciem deturpat; parum gratum spirat odorem, præcipue ex capite, atque capillis. Lavant ergo faciem, ut sudorem abluant, unguunt verò odoriferis tum vultum, tum caput, ut feetori occurrant. Hoc patet ex *Ruth. 3. n. 3. Judib. 10. num. 3. Esther. 2. num. 12. 2. Reg. 12. n. 20. Luc. 7. num. 4.* Ungebantur ergo tum in signum lætitiæ, ut exhiberet faciem in oleo, *Psalm. 103. num. 25.* tum recreationis, ac sanitatis causa. Et ita dicitur de Rege Ezechia, quod Legatis Babyloniis ostendit domum aromatum, & pigmenta varia, *2. Reg. 19. num. 10. & 25.* Tum etiam hæc adhibebant in odorem, atque fragrantiam. Et ita dicitur de Magdalena Christum ungentem: *Domus impleta est ex odore unguenti. Joan. 10. n. 3.* In tristitia, ac maxime ab his abstinere antiqui, ut notat Albertus Magnus.

41. Confusio unguenti apud Orientales.

Alb. Mag.

42.

Quamvis hic unguentorum usus apud Hebræos fuerit frequentissimus, & si parè adhibitus, in bonam partem acceptus: tamen illum nobis hic Christus non jubet; nec enim ipse, ut ait Euthymius, cum jejunavit, unguentis usus est; & maxime volebat, ut sui à talibus moribus exularent;

8c